



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Avrea Gemma Christianorvm

Ruben, Leonhard

Paderbornae, 1604

V. Patrum etiam veteris testamenti eadem causa fuit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)

& sanctificatio, & redemptio: ut quemadmodum
 scriptum est, qui gloriatur, in Domino gloriatur. Colo-
 lossens. 1. 18. 19. 20. 21. 22. 23. Et ipse est capus
 corporis Ecclesie, qui est principium, primogenitus
 ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens;
 quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabi-
 tare, & per eum reconciliare omnia in ipsum pacifi-
 cans per sanguinem crucis eius, siue qua in terris, siue
 qua in caelis sunt. Et vos cum essetis aliquando alie-
 nati & inimici sensu, in operibus malis, nunc autem
 reconciliavit in corpore carnis eius per mortem, ex-
 hibere vos sanctos & immaculatos, & irreprehensi-
 biles coram ipso. Si tamen permanetis in fide fundati &
 stabiles, & immobiles a spe Euangelij quod audi-
 stis, quod pradicatum est in uniuersa creatura
 qua sub calo est; cuius factus sum ego Paulus mi-
 nister.

CAPVT V.

Patrum etiam veteris testamenti eadem
 causa fuit.

IOAN. 1. 29. Altera die vidit Ioannes Iesum ven-
 nientem ad se, & ait. Ecce agnus Dei, ecce qui
 tollit peccata mundi. Vers. 36. Et respiciens Iesum
 ambulans, dicit: ecce agnus Dei. Rom. 3. 24. 25.
 26. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptio-
 nem qua est in Christo Iesu; quem proposuit Deus pro-
 pitiationem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem
 iustitiae suae, propter remissionem precedentium delictorum.
 In sustentationem Dei ad ostensionem
 iustitiae

iustitia eius in hoc tempore: ut sit ipse iustus & iusti-
 ficans eum, qui est ex fide Christi Iesu. 1. Corinth.
 10. 1. 2. 3. 4. 5. Nolo enim vos ignorare fratres quo-
 niam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & om-
 nes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati
 sunt in nube & in mari: & omnes eandem escam spii-
 ritualem manducauerunt, & omnes eundem potum
 spirituales biberunt (bibebant autem de spirituali,
 consequente eos, petra, petra autem erat Christus)
 sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo,
 nam prostrati sunt in deserto. Ibidem capit. 15. 20.
 21. 22. 23. Nunc autem Christus resurrexit a mor-
 tuis, primitia dormientium, quoniam quidem per
 hominem mors, & per hominem resurrectio mortuo-
 rum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita &
 in Christo omnes uiuificabuntur. Vnusquisq; autem
 in suo ordine, primitia Christus: deinde ij qui sunt
 Christi, qui in aduentum eius crediderunt. 1. Tim.
 2. 5. 6. 7. Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei
 & hominum homo Christus Iesus: qui dedit redem-
 ptionem semetipsum pro omnibus, cuius testimonium
 temporibus suis confirmatum est. In quo positus
 sum ego predicator & apostolus (veritatem dico non
 mentior) doctor gentium in fide & veritate. Apoc.
 13. 8. Et adorauerunt eam (bestiam scilicet) om-
 nes qui inhabitant terram, quorum non sunt scripta
 nomina in libro vite Agni, qui occisus est ab origi-
 ne mundi. 1. Ioan. 2. 1. 2. Filioli mei hac scribo vobis
 non peccetis, sed & si quis peccauerit aduocatum ha-
 bemus apud patrem Iesum Christum iustum, &

ipse est propitiatio pro peccatis nostris : non pro nostris autem tantum , sed etiam pro totius mundi.

CAPVT VI.

Christus est doctor, magister, propheta, predicator.

PROPHETIA. Deut. 18. 15. Prophetam de gente tua & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus; ipsum audies. Vers. 18. 19. Prophetam suscitabo de eis de medio fratrum suorum similem tui: & ponam verba mea in ore eius, loqueturq; ad eos omnia quae praecepero illi: qui autem verba eius, quae loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor existam. Isai. 2. 3. Et ibunt populi multi, & dicent: venite & ascendamus in montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius: quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem. Ibid. cap. 30. 20. 21. Et dabit vobis Dominus panem arctum, & aquam breuem; & non faciet auolare a te ultra doctorem tuum: & erunt oculi tui videntes praecceptorem tuum, et aures tuae audient verbum post tergum monentis: haec est via, ambulare in ea, & non declinetis neq; ad dexteram, neq; ad sinistram. Capit. 55. 3. 4. Inclinate aurem vestram & venite ad me: audite, & viuet anima vestra, & feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias David fideles. Ecce testem populis dedi eum, ducem ac praecceptorem gentibus. Osee. 10. 12. Seminate vobis in iustitia, & metite in ore misericordiae, innouate vobis noua-

K

bis noua-